UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Si pe[n]den. appel. mors interue.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

⁊ confeſſus fuit, quod nota bene pro damnatione ex preſumptione iuris, ⁊ de iure non poteſt appellari. Ita dicit not. Bald. per illum tex. in l. ſi qui adulterij. ĩ. de adult.

LEX III.

a 1 **NUlli officialium.** [a] † Officialis alicuius iudicis, a ſententia contra eũ data de delicto cõmiſſo in officio per eundem iudicem, ab illo iudice nõ appel. ſecus ſi in alia cauſa fuit victus, h. d. ¶ Hic fuit queſtio, eſt ne verũ indiſtincte quod officialis condemnatus a ſindico nõ appellat, quidã dicunt quod ſic, per hunc text. Ego reperio iſtam l. limitatã. primo ꝙ hic loquitur quando eſt condemnatus criminaliter de delicto commiſſo in officio, ⁊ ita ſentit hic gl. ¶ Secundo in eo quod hic dicitur, proprij iudicis, ꝙ iſta lex nõ habet locum, niſi quãdo nuncius, vel notarius vel aſſeſſor condẽnatur ab illo iudice, cuius erat officialis,
b non enim preſumitur[b] quod iudex ferat cõtra eũ iniquam ſententiam, ⁊ niſi clare reperiſſet delictum. Iſta fuit opi. Plac. quã Azo ponit hic in ſumma ſua, ⁊ gl. iuris Canoni. intelligunt ita hanc l. ij. q. vj. c. ei qui. §. nulli quoque. vbi eſt canonizata iſta lex.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Nulli officialiũ. Et adde quod iſtam l. alleg. in l. ne diu. C. de pe. Et an officialis cõmittens furtum in officio poſſit conueniri offi. durante, vide Bal. in l. iij. §. eodẽ modo. ff. nau. caup. Bene facit l. datur. ff. ad l. iul. repe. Et vide quod not. in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. ibi not. quid in eo qui nõ committit in officio, nec officij contemplatione, dicit hic Gul. quod non poteſt de eo ſindicari, ſequitur Bal. per illũ tex. C. vbi de ratiocinijs agi opor. quod habetur in l. fin. ff. nau. caupo.
b ALEX. ¶ Preſumitur. Refert, ⁊ ſequitur Pet. de Anc. in c. Romana. §. contrahentes de foro comp. in vj. Reperio quod Spe. tenet contrarium in tit. de compe. iud. ad §. ſequitur. verſi. not. alleg.

LEX. IIII.

a **ABſtinendum.** [a] Debitor publicus victus non appellat hoc dicit. ¶ Quero, quid velit dicere, dũ dicit hic, publici aut priuati. Dicunt quidam priuati, ſcilicet, patrimonij Imperatoris, quidam alij dicunt priuati, ſcilicet, cuiuſlibet. Sed tunc iſta lex videretur contra regulam in l. ⁊ in maioribus. š. de appel. Sed intellige hic confeſſos, id eſt, conuictos, ⁊ ſic non poterit appellare, vt dixi in l. obſeruare. š. eodem.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Abſtineudum. Vide do. Abb. in conſi. xxxj.

LEX V.

6 ☞ Appellari poteſt ab eo qui male interpretatus fuit ſuam ſententiam.

1 **ABexecutione** † Ab executione non poteſt appellari, niſi excedatur modus in exequendo, ⁊ tunc res mobiles, ⁊ fructus rei mobilis ſequeſtrantur ⁊ perperã appellans punitur hoc dicit. ¶ Opp. š. de appel. l. in maioribus. Solu. Dicit gl. ab executione facti non poteſt appellari. Ita eſt caſus hic, Sed ſi iudex pronunciaret ſententiam exequendam, vel non, de hoc poſſet appellari. Ita loquitur lex contraria, ⁊ vide gl. j. Idem no. in l. ab executore.
2 ff. de appel. Ex quo no. † ꝙ ab interlocutoria, que fertur poſt diffinitiuam ſententiã appellatur. ¶ Opp. š. de prohi. ſeque. pe. l. j. Sol. Hoc eſt ſpeciale. ¶ Item opp. š. de appe. l. appellatione. Sol, vt in
3 glo. quam not. bene. Ex quo not. † quod ſi aliquis capitur propter debitum, ⁊ ab ipſa captura appellatur, non debet ſtatim relaxa-
a ri,[a] ſed pendente appel. debet detineri, ſicut dicimus hic de alia re
b mobili, que debet poni in ſequeſtrum. ¶ Oppo. contra predicta[b] de l. imperatores. ff. de appel. Sol. Ibi timebatur de dilapidatione fructuum. alias ſecus. ¶ Oppo. ad fi. ⁊ videtur quod alia pena puniatur, vt. š. de appel. l. eos. §. ne temere. ⁊ l. iudicibus. eo. tit. Re-
4 ſponde vt ibi dixi in l. iudicibus. ¶ † Quero, qualiter excedatur modus in exequendo. Glo. dicit ꝙ poteſt eſſe reſpectu rei, in qua fit executio reſpectu quantitatis, pro qua fit reſpectu temporis, in quo fit, reſpectu cauſe, quia erat exceptio, que poterat opponi
5 in exceptione, vt patet ex gl. vnum † quod in caſibus in quibus di-
c xi poſſe exceptionem[c] opponi poſt ſententiã, vt. š. de iur. ⁊ fac. igno. l. j. poteſt opponi etiam poſt quadrimeſtre tempus. Ita tenet hic glo. ⁊ mirabiliter ſuper verſi. excedat. circa med. ¶ † Quero, an ab eo, qui male interpretatus fuit ſuam ſententiam, poſſit appellari. Dic vt in gl. ⁊ caſus eſt in l. ab executore. ff. eo. Dicitur hic, ſi appellat ab articulo. Quero, quid appellatur hic articulus. Plures ſunt opinio. inter alias eſt vna, ⁊ illam tene menti, quod articulum appellant interlocutoriam. Vnde appellans ab interlocutoria, perperam ſuccumbens punietur pena huius legis, ⁊c.

a ALEX. ¶ Relaxari. Si appellatur a captura, captus non relaxatur. ſed penes quem iudicem debet retineri talis carceratus, vide in l. j. ⁊ quod ibi dixi. ff. de cuſto. reo.
b ALEX. ¶ Opp. contra predicta. Pena appellantis fruſtra per Bald. alias Bart. in l. a proconſulibus. ff. de appel.
c ALEX. ¶ Exceptionem. Exceptio. que poteſt oponi poſt ſententiam, poteſt etiam opponi poſt quadrimeſtre, non tamen poſt executionem factam, in l. j. ff. de iur. ⁊ fact. igno. a contrario ſenſu. ⁊ ibi Bal. ⁊ Bald. hic. gloſſ. vide.

LEX VI.

1 **QUiſquis.** † Nec teſtamentum aperiatur, vel ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur[1] appellari non poteſt, hoc dicit.

LEX VII.

2 ☞ A quibus ſententijs interlocutorijs poſſit appellari.

a 1 **ANte.** [a] † Ab interlocutoria appellari nõ poteſt. h. d. ¶ Opp. ff. de appel. reci. l. ij. qui ſatiſ. cog. l. arbitro. š. de appel. l. ſi quis prouocatione. ff. de mino. l. intra vtile. propter quas leges dicunt quidã, quod regula eſt quod poteſt appellari ab interlocutoria. Fallit hoc in iſtis iudicibus, qui hic nominantur. gl. noſtra tenet contrarium, ⁊ ad dictas leges re-
b ſpondet. Tu autem vt omnia cõplectaris, [b] dicas ſic. † Aut inter-
2 locutoria profertur poſt diffinitiuam ſententiam, ⁊ poteſt appellari, vt l. habuiſtis no. š. eod. in l. ab executione. Aut profertur ante, ⁊ tunc aut nulla alia diffinitiua ſperatur, ⁊ poteſt appellari, vt l. ait pretor. §. permittitur. ff. de mino. Aut ſperatur alia diffinitiua, ⁊ tunc aut grauamen illatum ab interlocutoria non poteſt reprobari per appellationẽ diffinitiua, ⁊ poteſt appellari vt. l. ij. ff. de appe. recip. ⁊ qui ſatid. cog. l. Arbitro. Aut põt reparari, ⁊ tũc aut eſt talis interlocutoria, que perimit totum negotium ⁊ poterit appella-
c ri, vt l. intra vtile. ff. de mino. Aut totum negotium [c] non perimit. ⁊ appellari non poterit, vt hic, ⁊ l. ij. de epiſc. aud.

ADDITIO.

☞ Pro concordia. Aduerte, ſententia interlocutoria que decidit quaſi totam cauſam de iure ciuili, patitur appellationem, licet tale grauamen poſſit reparari per appellationem a diffinitiua. Ita Bart. in hac. l. ante. contrarium alleg. velle. in l. ij. ff. de appel. re. ⁊ in l. intra vtile. ff. de mino. Solut. vt per Bartol. in d. l. intra. ⁊ ibi eſt ſpeciale propter illam interlocu. que datur ſuper etate, ⁊ facit ius quo ad omnes ⁊ in alijs cauſis. Vel ſolue ſecundum no. diſtin. de qua in hac l. ante.
a ALEX. ¶ Ante. Iſtum text. alle. Bald. not. in l. ij. quando ſi. vel priua. quod a ſententia lata ſuper executione non poteſt appellari Bart. videtur tenere contrarium in l. a diuo. ff. de re indic.
b ALEX. ¶ Complectaris. His verbis ipſe vtitur in l. quod iuſſit. ff. de re iudic.
c ALEX. ¶ Totum negotium. Contrarium tenet Bar. in l. j. circa prin. ff. de appel. ⁊ in d. l. intra vtile.

LEX. VIII.

1 **ET publicarum.** † Publicus debitor, manifeſte conuictus, nõ appellat. hoc dicit.

Si pendente appellatione mors interuenerit. Rubrica LXVI.

¶ Continua vt in gloſſa.

LEX I.

1 **ETiam poſt.** Breuiter dicit, † Inſtantia cauſe appellatio. ad heredem tranſit. hoc dicit. ¶ Opp. ĩ. l. proxi. ⁊ l. iij. Solut. Ibi fuit appellatum in cauſa criminali, hic in ciuili. De iſta materia qualiter inſtantia tranſeat ad heredem, vel alium ſucceſſorem, dixi vobis plene, in l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſor.

EEX II.

1 **EIus qui.** Secundum lectur. magis notabilem Breuiter dicit. † Ab annotatione poteſt appellari, ⁊ appellatione pendente morte rei, pena extinguitur. hoc dicit. ¶ Opp. ĩ. l. proxi. Solu. quandoque ab ipſa annotatione appellatur, ⁊ tunc habet locum iſta lex, quandoque appellatur a ſententia lata ſuper crimine principali, ⁊ ita habet locum ĩ. l. proxima. ¶ Quero qualiter fiebat iſta annotatio. Dic vt habes in gloſſ.

LEX III.

1 **SI is qui.** †Ademptio expreſſa bonorum, morte appellantis non perimitur, ſecus in tacita h.d. ¶Circa hanc legem formo vnam q. quid ſi in crimine, in quo venit tacita bonorum ademptio iudex expreſſerit ademptionem bonorum. Doc. Ultramont. tangũt iſtam queſtio. ⁊ dicunt expreſſio nihil operatur, vt l.iij.ff.de leg.j. Eandem queſtionẽ poſtea diſputauit do. Bartholucius de Pratis, nõ recordor, quid determinauit, tamen contra iſtam determinationem videtur caſus in hac l.in fin.ibi, ſola capitis pena, ⁊c. ¶Non ponitur ergo hic in fi. quãdo reus erat damnatus de crimine capitali, ⁊ bona non adempta, quo caſu nõ erat dubium tacite ſequi ademptionem bonorũ. vt l.j.in fi.§.de bo.damn. ⁊ de bon. preſcrip.l.ij. Ad idem.ff.eod.l.j.vbi dicitur de damnato in metallũ, ſeu deportato. Breuiter dicerem ſic. Quandoq; ademptio bonorum exprimitur per eum modum, per quem ineſt, vt puta, acceſſorie, condemno eum ad mortem, cum ademptione bonorum, ⁊ tunc expreſſio nihil operatur, vt.ff.de leg.j.l.iij. ⁊ j.de fideiuſ.l.non recte. Quãdoque exprimitur per alium modum, vt puta, principaliter, videlicet condemnamus eum ad mortem, ⁊ bona adimimus, tunc expreſſio operatur. Hic eſt caſus hic. ⁊ l.j.ff.eo.

LEX IIII.

1 **SI pater.** Breuiter dicit. † Cauſa appellationis ſuper muneribus perſonalibus, morte finitur.h.d. Si vero fieret queſtio Abbatie, vel epiſcopatus, finitur morte Epiſcopi vel abbatis. tene menti.

LEX V.

a **QUamuis.** [a] †Mortua ancilla, durat cauſa propter peculium.h.d. Simile habes in l.vtiq; de rei vend. Dic vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Quamuis. Per iſtum tex. dicit ſed in conſ.xj. ꝙ in vſurarium põt inquiri ad reſtitutionem vſurarum poſt mortem, adde in vſuris, an poſſit procedi per inquiſitionem, Bal.conſil.lxvj.

LEX VI.

a
1 **SI vnus** [a] Singularis lex, ⁊ habet duas partes, ⁊ hoc dicit. ¶†Ultra id tempus quod datur appellanti, heres eius habet quatuor menſes.h.d. prima particula, que eſt clariſſima. Secunda legitur duobus modis. Uno modo ſecundum gl. Alio modo ſecundum doct. magis nota. ſecundum glo. Breuiter dicit. Dicti quatuor menſes elapſo tempore, quod heredibus datur ad deliberandum, non currunt. h.d. ſecundum aliquos, vel aliter, ⁊ breuiter. Heres vltra tempus datum ad deliberandum per l.cum antiquioribus. habet quatuor menſes.h.d. ſecundum doct. Prima lect. videtur eſſe magis amica litere: tamen tene menti ſecundam.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Si vnus. Iſtud dictum non videtur verum, per l.fi.§. ſed quia quidam.§.de iur.delib.de quo per Ang. ⁊ Imol.in l.ventre.de acqui.hered.licet Bald.idem teneat hic. ⁊ vide per Bar.in d.l.cum antiquioribus.

De his qui propter metum [a] iudicis non appellauerunt. Rubrica LXVII.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶De his qui propter metum, ⁊c. Ad declarationem huius tit. vide Bar.in l.ſi qui ſeparatim.de appel.

LEX I.

1 **SI contra** † Preſumptio iuſti timoris, ceſſat in curia principis. h. d. Simile in l.non eſt veriſimile.ff.quod met.cauſ.

LEX II.

1
a **HIs qui** † Qui omittit appellationem [a] abſque iuſto timore, acqueſcit ſentẽtie, qui vero iuſte timuit, proteſtatione de hoc tẽpore legitime facta, ac ſi appellaſſet auditur.h.d. ¶Not. ergo de virtute hui⁹ proteſtationis, q; facit haberi perinde ac ſi appellaſſet. Simile habetis in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.de noui oper.nũc. ⁊ qualiter iuſtus metus probetur, ibi plene dixi, quando repetiui illũ §.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Appellationem. Utrum in caſu huius l. debeat fieri appellatio coram iudice ad quem, licet de iudice a quo timeat. Mihi videtur quod ſic, per text. in l.j.§.ſi quis ipſius.ff.quando app.ſit per tex.in c.fi.de app.

Si vnus ex pluribus appellaue. Rubr. LXVIII.

LEX I.

a
1
2
b **SI iudici.** [a] †Cauſe confeſſionis paritas, facit vt ſentẽtia in cauſa appel. data pro vno alijs proſit.h.d. Tene mẽti iſtam l.ad practicam, quam habui alias. †Producitur vnum inſtrumentum, [b] ſuper quo iam fuit facta condemnatio, ego poſſum ibi facere articulum, quod inſtrumentũ illud, de quo fit mentio in ſententia, ⁊ iſtrumentum, ꝙ hodie producitur, eſt vnũ ⁊ idem. Et vide tex. ſimilẽ, quan-
3 do †variãtur fines ſeu poſſeſſiones finium ex curſu temporis, certe fiet talis articulus, ꝙ poſſeſſio, que hodie eſt poſita intra tales fines, ⁊ poſſeſſio, que erat olim poſita inter tales fines, eſt vna ⁊ ea-
c dem, quid repugnet, certe neſcio. Et ideo ad hoc vt cõcludas, [c] fa-
4 cias poſitiones tuas tales, quales dixi tibi, †⁊ idem fit de perſona. Quando cõcluditur ꝙ aliquis eſt homicida, ⁊ tu vis eũ defendere, q; ille occiſus erat exbannitus. Et eſt variatio in nomine inter bannum, ⁊ inquiſitionem contra homicidam factã: facias poſitionem, ꝙ ille, qui vocatur in inquiſitione, ⁊ ille, qui vocatur in bãno,
* erat vna ⁊ eadem perſona, *quod no. quia quotidie practicatur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Si iudici. Et de materia huius l. vide Bart.in princ.in l.a ſententia.ff.de appel. ⁊ ratio huius l.eſſe poteſt, quia cũ appellatio reducat rem in eum ſtatum in quo erat, litis conteſta. ſaltem requiritur, ꝙ eſt quid indiuiduum, ⁊ immo vnius appellatio prodeſt alijs per ea que dixit Bart.in l.ij.C.de conſor.eiuſdem lit. Et adde not.in ca.ſi vna ſententia.de appel. Et ad materiam huius l. plene per Bal.in l.ſi qui ſeparatim.§.fin.ff.de appel.

b ALEX. ¶Unum inſtrumentum. Adde Bart.in l.demonſtratio. in fin.prin.de condi. ⁊ demon.

c ALEX. ¶Ut concludas. Bene facit quod no. Bar.in l.inter ſtipulantem.§.j.in fin.de verb.oblig.

* CLAV. DE SEISS. ¶Una et eadem perſona. Quomodo autem hoc probetur quod iſte ſit ille homo de quo queritur, vide Bart.in l.ſtigmata.j.de fabricenſ.lib.xj. vide late in materia an ſit neceſſe probare identitatem facti vel perſone. Ale.in l.vnius.ff.de cuſtod.reor. ⁊ per ſelin.in c.auditis.de preſcript.

LEX. II.

1 **SI in vna.** Uides ergo † quod licet appellatio facta ab vno proſit alteri, tamen reſtitutio facta vni, non prodeſt alteri, quia datur fauore minoris etatis.

Si de momentanea poſſeſsione fuerit appellatum. Rubrica LXIX.

LEX VNICA.

4 Sententia lata ſuper poſſeſſorio, eſt diffinitiua.
5 Sicut prohibita eſt appellatio in poſſeſſorio. an eodem modo ſit prohibita, in integrum reſtitutio.

*
a
1 **CUm de poſſeſ.** * [a] † A ſententia lata ſuper poſſeſſione non poteſt appellari cauſa proprietatis integra remanente, h.d. ¶Querit gl. quid vult dicere de poſſeſſione, ⁊ eius mo-
b mento. De quo dic vt in gl. ¶Queritur, [b] ſecundo quare † dicitur
2 momentanea. De quo dic vt in gl. ⁊ illa eſt vera, quia momẽto eſt permanſura penes poſſidentem. His premiſſis opp.§.de appel.l.j. Sol. ibi appellatur ratione ordinis omiſſi, hic vero appellatur ratione ſententie late ſuper poſſeſſione. Oppo.ij.de l. ⁊ maioribus.§. de app. Sol. ſpeciale eſt hic. Oppo. tertio de l.ſi quis in tantam.j. vnde vi. Sol. vbi poſſeſſorium habet in ſe cauſam proprietatis, meri-
3 to poteſt appellari. ¶Quero primo, † vtrũ hec lex habeat locum in omni poſſeſſorio, an tãtum retinende. Quidam dicebant quod non habeat locũ, niſi in poſſeſſorio retinẽde. Ueritas eſt ꝙ habeat locũ in poſſeſſorio recuperãde, ⁊ adipiſcẽde poſſeſſionis, vt §. quorum appel. non reci.l.quiſquis. ⁊ hac l.fin.ibi poſſeſſionis reforma-
c tione, ⁊c. Ex quo text. apparet [c] ſecundum expoſitionem glo. quod hec lex habet locum, etiam cũ de adipiſcẽda, vel recuperanda poſ-
4 ſeſſione agitur. ¶†Quero, vtrum ſententia lata ſuper poſſeſſorio, ſit diffinitiua, vel interlocutoria. Quidã dicebant eam interlocutoriam, quod eſt falſum. Nam cũ in alia lis debeat cõteſtari, ⁊ procedi ordine iudiciario, ex ea ſequitur ſentẽtia diffinitiua, vt l.incerti.j.de inter. ⁊ inſtit.de interdi.§.retinende. Et hoc tenet gl. tua hic,
d ⁊ in l.quod iuſſit de re iudi. ¶Ultimo querit gloſ. [d] † an ſicut pro-
5 hibita eſt appellatio in poſſeſſorio, eodẽ modo ſit prohibita in integr. reſti. Glo. arguit pro ⁊ contra multum clare. Dic vt in ea.

ADDI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN